vero auxiliantibus peregrinis et Hospitali de domo Theotonicorum Castrum peregrinorum redi-
fcaverunt, quod prius dicebatur Tyri. H ~~Ubi~~ Ubi et in
fossione moneta ignota inventa est, qua labores
et sumptus alleviati sunt.

MCCXVIII. in Martio applicuerunt Achon cogorg
ex provincia Coloniensi et alii. Apparuerat enim
in dicta provincia Coloniensi VI feria ante pente-
costen, cum predicaretur crux, triplex forma
crucis aere, una candida versus aquilonem,
alia consimilis ad meridiem, tertia medio co-
lore colorata, habens crucis patibulum et figuram
hominis crucifixi elevatis brachiis cum infixione
clavorum et capite inclinato media in tibiis. ¶ In
alio loco, villa Dikie, tempore predictionis cru-
cis apparuit iuxta solem crux coruleei coloris. ¶
In Digocesi etiam Traiectensi in villa Doccum
apparuit crux alba et magna a ori trabis ex
adverso trabis artificialiter disposita esset, et
movebatur ab aquilone ad meridiem. ¶ Tunc fir-
matum fuit in concilio Lateranensi de mittenda
militia christiana in terra Egypti. ¶ In Madio
igitur post ascensionem Domini preparatis na-
vigiis Johannes rex Jerusalem, patriarcha, epi-
scopi, dux Austrie cum tribus domibus et copiosa
christianorum multitudine de Castro peregrinorum
paratis sunt; multi recedentes ~~pulsu~~ prospero vento
tertia die ad portum Damiate ~~pervenerunt~~ pervenerunt. Quidam
vero capitanei in dicto castro tardantes et multi
in Achon mutato tempore regni illos non potu-
erunt. ¶ Interim exercitus capitaneum elegit co-
mitem de Saro-ponte, ad portum maris Damiate
applicat, et hostilem terram occupat ante regis et ceterorum
adventum; et fecit Dominus aquam fluminis
dulcem, que mari ingrebatur. ¶ Facta ~~et~~ quoque

a) Turbas add. sed del.

b) moti del. et ead. in superior. parati.